



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 117. Clemens Regem cultro in ejus ventrem immisso lethali vulnere saucians.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1589.

tem ad suas ædes secum ducens ad cænam, lectumque admisit, ubi observatum, quod eodem cultro, quo Regem occiderat, etiam in mensa usus fuerit, totamque noctem profundo in somno transegerit. Altera die ad horam septimam matutinam ab eodem regio Procuratore ad Regem, qui de Clementis adventu jamjam certior factus erat, introducit: cum autem Rex nondum e lecto surrexisset, Gueslæus Clementem ante fores subsistere, ac primi Præfidis literas præter Comitis Briennii cautionem tradere iussit. Rex acceptis hisce literis illas a præfato Præsidente scriptas non dubitans hunc religiosum admitti præcepit, ut ab eodem, quæ exponenda haberet, percipere posset.

§. CXVII.

*Clemens Regem cultro in ejus ventrem immisso lethali vulnere saucians.*

Clemens ad Regis alloquium admittens eidem nuntiabat, se a primo Præsidente, aliisque fidei Regiæ suæ Majestatis famulis Lutetiæ agentibus missum esse, ut maximi momenti res ad ejus emolumentum spectantes manifestaret, eas tamen non nisi soli Regi detegeret. Gueslæus, qui Regis latus stipabat, loquentem Monachum interrumpens, ut alta voce loqueretur, eidem

Thuan l. 96.  
Journal. l. c.  
Mem. de  
Etoil. t. I.  
pag. 285.

Sæcul. XVI. dem præcepit, Regemque rogavit, ne  
 A.C. 1587. propius ad illum accederet: cum vero

Rex cum Clemente remotis arbitris lo-  
 qui pararet, ut securius, quæ ipse ex-  
 positurus esset, percipere valeret, Gues-  
 læus, & Bellegardius supremus regi-  
 stabuli Præfectus, qui tum in eodem  
 cubili erat, secedebant: at eodem mo-  
 mento Regem exclamantem percipiunt:  
*Homo nequam, quid tibi feci, ut me per-*  
*læderes:* mox autem ambo sanguinea  
 ubertim promanantem cernunt, per-  
 fidus enim ille cultrum suum tam pro-  
 fundo ictu in imum Regis ventrem in-  
 misit, ut ibidem in plaga infixus hære-  
 ret, quem Rex propria manu extraxit,  
 eoque percussorem in sinistri oculi su-  
 percilio feriit: quo facto Gueslæus Cle-  
 mentem gladii sui scutula lectum inter,  
 & parietem humi prosternebat, moxque  
 Montpesatus, Lagnacus, & Mirapicene-  
 sis Marchio, qui in exteriori cubili er-  
 rant, accurrentes, ac primum iræ suæ  
 impetum haud cohibentes ficarium ob-  
 ruunt, plurimisque vulneribus confos-  
 sum trucidant, quamvis Gueslæus  
 identidem inclamasset, ne illum occi-  
 derent. Ceterum illius corpus crata  
 raptatum, ac quatuor equis discer-  
 ptum, demum igne consumptum est.

§. CVVIII

(\*) Equidem Historicorum potissimi fin-  
 alte